

"Mulieris dignitatem"

Juan Pablo II

4836

20. ... Quapropter non fructus modo liberae electionis ab homine factae est caelibatus propter Regnum caelorum sed peculiare etiam gratiae a Deo datae, qui certum quendam vocat hominem ut caelibatum

vivendo impleat. Quod si hoc praecipuum quoddam signum Regni Dei est venturi, eodem id tempore adiuvat ut omnes animi corporisque vires [1701] in vita hac terrestri ac temporali devoveantur una solique eschatologico regno. ...

In Maria autem prima sese haec nova monstravit conscientia, quandoquidem ex Angelo quacrit: "Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?" [Lc 1,34]. Quantumvis Scriptura Sacra eam praebeat "virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph" [Lc 1,27], firmiter tamen ipsa perseverat in virginitatis proposito ac maternitas, quam in illa dumtaxat efficit "virtus Altissimi", effectus Spiritus Sancti descensionis in eam est [cf. Lc 1,35]. Haec ideo divina maternitas nequaquam expectationibus humanis respondet mulierum Israel: ad Mariam enim defertur veluti Dei ipsius munus. ... [1702] ...

Virginitatis porro sensus ex Evangelio est enucleatus altiusque pervestigatus, prout est etiam pro feminis vocatio, in qua nempe earum confirmatur dignitas secundum Virginis Nazarethanae similitudinem. Praeclaram speciem personarum consecrationis proponit Evangelium quae illarum importat totam solamque Deo ipsi deditioem ob consiliorum evangelicorum virtutem, nominatim castitatis, paupertatis, oboedientiae. Eorundem vero consiliorum perfecta incarnatio ipse est Iesus Christus. Quicumque eum consecrari voluit radicali quidem modo, vitam transigere statuit secundum haec consilia. Quae profecto a mandatis separantur et Christiano viam indicant radicalis evangelici moris. Iam inde a primis christiani nominis principiis hanc pariter viam tum viri ingrediuntur tum mulieres, cum, omni dempto sexus discrimine, propositum evangelicum universis patescat hominibus.

20. ... Por tanto el celibato por el Reino de los cielos no es solamente fruto de una opción libre por parte del hombre, sino también de una gracia especial por parte de Dios, que llama a una persona determinada a vivir el celibato. Si éste es un signo especial del Reino de Dios que ha de venir, al mismo tiempo sirve para dedicar a este Reino escatológico todas las energías del alma y del cuerpo de un modo exclusivo, durante la vida temporal

María es la primera persona en la que se ha manifestado esta nueva conciencia, ya que pregunta al ángel: «Cómo será esto, puesto que no conozco varón?» [Lc 1, 34].

Aunque «estaba desposada con un hombre llamado José» [Lc 1, 27], ella estaba firme en su propósito de virginidad, y la maternidad que se realizó en ella provenía exclusivamente del «poder del Altísimo», era fruto de la venida del Espíritu Santo sobre ella [cf. Lc 1, 35]. Esta maternidad divina, por tanto, es la respuesta totalmente imprevisible a la esperanza humana de la mujer en Israel: esta maternidad llega a María como un don de Dios mismo. ...

Teniendo como base el Evangelio se ha desarrollado y profundizado el sentido de la virginidad como vocación también de la mujer, con la que se reafirma su dignidad a semejanza de la Virgen de Nazaret. El Evangelio propone el ideal de la consagración de la persona, es decir, su dedicación exclusiva a Dios en virtud de los consejos evangélicos, en particular los de castidad, pobreza y obediencia, cuya encarnación más perfecta es Jesucristo mismo. Quien desee seguirlo de modo radical opta por una vida según estos consejos, que se distinguen de los mandamientos e indican a los cristianos el camino de la radicalidad evangélica. Ya desde los comienzos del cristianismo hombres y mujeres se han orientado por este camino, pues el ideal evangélico se dirige al ser humano sin ninguna diferencia en razón del sexo. En este contexto más amplio hay que considerar la virginidad también un camino para la mujer; un camino en que, de un modo diferente al matrimonio, realiza su personalidad de mujer...

Hoc in ampliore rerum conspectu consideretur virginitas
oportet pro muliere via, qua nempe

via aliter atque in coniugio ipsa suam uti mulieris personam
complet. ... [1703] ...

JUAN PABLO II. Carta Apostólica "Mulieris dignitatem" (año 1988), n.20. En: DENZINGER, H. - HÜNERMANN, P. El Magisterio de la Iglesia. Enchiridion Symbolorum, definitionum et declarationum de rebus fidei et morum. Barcelona; Editorial Herder 2000, 1era edición, n. 4836.